

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7311

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Angers (hôpital-Dieu)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1181-1183, janvier]

**Lieu d'émission :** Le Mans

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Donation par Henri II de l'écluse d'Angers à l'Hôtel-Dieu d'Angers, dont il est le fondateur.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Port Célestin, *Cartulaire de l'hôpital Saint-Jean d'Angers*, précédé d'une notice historique sur cet Hôtel-Dieu, Paris/Angers, J.-B. Dumoulin/p. Lachèse, 1870, p. V, n° V.

b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCXXXII, p. 242-243.

## Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 242. Souscriptions de Sifroi, évêque de Chichester, sacré à Cantorbéry le 16 novembre 1180, et de Gautier de Coutances, qui n'était pas encore évêque de Lincoln (élu le 8 mai 1183). Henri II a été au Mans le 1er janvier 1183.

Texte établi d'après b

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, senescallis, prepositis et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me, pro salute et redemptione animarum patris et matris mee, et pro salute ac redemptione anime mee et antecessorum meorum, fundasse et construxisse apud Andeg[avim], juxta fontem Sancti Laurentii, hospitale quoddam in honore Dei ad sustentamentum et relevationem pauperum Christi. Ego autem, pietate motus super inopia et necessitate tam sanorum quam infirmorum inhabitantium in ipso hospitali, dedi eis et concessi et presenti carta mea confirmavi exclusam meam Andegav[ensem], quam ex propriis sumptibus meis feci et a primo lapide fundavi, habendam et tenendam in liberam et perpetuam elemosinam, sicut eam melius habui, cum omni emendatione quam ibi facere poterunt tam molendinorum quam aliarum rerum ad eandem exclusam pertinentium. Quare volo et firmiter precipio quod predictum hospitale et pauperes Christi in eodem habitantes predictam exclusam habeant et teneant in libera et perpetua elemosina, absque omni calumpnia et reclamatione alicujus, bene et in pace, libere et quiete, integre, plenarie et honorifice, cum omnibus pertinentiis et libertatibus et liberis

consuetudinibus suis. Si quis vero hanc prescriptam donationem meam infringere vel cassare attemptaverit vel aliquo modo minuere presumpserit, omnipotentis Dei malivolentiam, iram et indignationem incurrat et meam.  
Testibus : Willelmo episcopo Cenoman[nensi], Sefredo episcopo Cicestrensi, magistro Waltero de Constantiis, Mauricio de Creon[i]o, Willelmo de Hum[etis] constabulario, Ricardo vicecomite Bellemontis (sic), Lancelino de Vindoc[i]no, Roberto de Stuttevilla, Hugone de Creissi, Folqueio Painell[i], Thoma Bardulfi, Willelmo de Ostilli.  
Apud Cenomanniam.